

Eugenii PP. subscriptio. Dat. die 7. Julii anno Domini 1148. Pontificatus...

EGO EUGENIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus. Datum Cremae, per manus Guidonis S. R. E. Diac. Card. & Cancellarii, Non. Julii, Indict. XI. Incarnat. Dom. anno MCXLVIII. Pontificatus vero Domni Eugenii III. Papae anno IV.

XXVIII.

Confirmatio bonorum Abbatiae de Tolla Placentinae Dioc. cui nonnulla conceduntur privilegia.

Ex Archiepiscopi Monast. S. S. Julii edidit C. p. Histor. Placentinae.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Alberto Abbati de Tolla, ejusque fratribus tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis, in perpetuum.

Exordium.

Quoniam sine vere cultu Religionis nec charitatis unitas potest subsistere, nec Deo gratum exhibere servitium, expedit apostolicae auctoritati religiosas personas diligere, & religiosa loca, in quibus existunt, Sedis Apostolicae munimine confover...

Monasterium sub Sede Apostolica protectione suscipiens.

Eidem bona omnia confirmat.

Abbatibus electionem Monachis concedit.

Quos Mediolanensi Archiepiscopo in spiritualibus subiecit.

voluntati, qui se illic sepelire deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obstat: salva tamen iustitia ipsarum Ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decernimus ergo, ut nullus omnino hominum de his, quae a nostris praecessoribus, vel Italici Regni Regibus concessa sunt, nullo modo qualibet occasione, vel alicujus scriptionis titulo, in rebus vel in ipsius loci libertate aliquid possit auferre, vel minuere: Interdicentes per sanctae Romanae Sedis auctoritatem Episcopis Placentinae & Parmensis Ecclesiae, in quarum Diocesi ipsum Monasterium, vel res ipsae videntur consistere, aliisque omnibus, tam vicinis quam procul constitutis, ut nullatenus aliquid quasi proprio jure presumant accipere, neque jus baptizandi parochianos suos, quos apparet in privilegiali instrumento in ipso Monasterio olim esse concessum, vel decimas, quas ante possedistis, sibi vindicent.

Clausula.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire attentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subjaceat: Cunctis autem eidem Ecclesiae iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonae actionis percipiant, & apud districtum Iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen.

EGO EUGENIUS Catholicae Ecclesiae Episcopus subscripsi.

Ego Ubaldus Presb. Cardinalis tit. sanctae Praxedis subscripsi.

Ego Ubaldus Presb. Cardinalis tit. SS. Joannis & Pauli subscripsi.

Ego Aribertus Presb. Cardinalis tit. S. Anastasiae subscripsi.

Ego Hugo Presbyter Cardinalis tituli in Lucina subscripsi.

Ego Jordanus Presb. Card. tit. S. Susanna subsc.

Ego Otto Diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum subscripsi.

Ego Octavianus Diaconus S. Nicolai in Carcere Tulliano subscripsi.

Datum Cremonae per manum Guidonis sanctae Romanae Ecclesiae Diaconi Cardinalis & Cancellarii, Non. Julii, Indictione XI. Incarnationis Dominicae anno MCXLVIII. Pontificatus Domni Eugenii III. Papae anno IV.

Dat. die 7. Julii ann. Dni 1148. Pont. ann. IV.

XXIX.

Decretum, ut Cappellani promittant obedientiam Rectoribus titularum sive Ecclesiarum & de Arnaldo tamquam schismatico devitando.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, universo Clero Romano.

Ex Concilio. T. XII. col. 1578.

Fallax & invidus humani generis inimicus per Arnaldum Schismaticum, quasi per membrum proprium hoc effecit, ut quidam Cappellani unitatem Ecclesiae, quae sectionem...

Aliaque concessa, confirmat.

non

Arnaldum ab omnibus sicut quam Schismaticum devitari mandat.

Per nos contra inobedientes.

Dat. die 15. Julii 1148.

non patitur, quantum in eis est, dividentes, ipsius Arnaldi sequantur errorem: & Cardinalibus, atque Archipresbyteris suis obedientiam & reverentiam promittere, & exhibere debitam contradicant. Ne igitur vires dare praefatis Schismaticis pravis actionibus per silentium de cetero videamur, per praesentia vobis scripta mandamus, atque praecipimus, quatenus praefatum Arnaldum, tamquam Schismaticum modis omnibus devideatis. Quod si aliqui Clerici, Dei & sanctae Ecclesiae contemptores, ejus errorem post praesentium acceptionem sequi praesumpserint, scire vos volumus, quia tam officio quam beneficio Ecclesiasticis reddemus eos penitus alienos.

Datum Brixiae Idibus Julii.

XXX.

Monasterio SS. Salvatoris & Juliae Martyris Brixien. Diocesis Ordinis Cassinensis bona omnia confirmantur, omnimodaque exemptio, aliaque conceduntur privilegia.

Ex Archiepiscopi Monast. brixiani edidit C. p. Histor. Brixiana.

Exordium.

Monasterium sub Sede Apostolica de more suscipiens.

Eidem bona omnia a Regina Ansa, aliaque concessa, confirmat.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, in Christo filiae Richeldae Abbatisse Monasterii Salvatoris Nostri & sanctae Juliae Virginis & Martyris, quod novum dicitur, in Civitate Brixiana situm, ejusque sororibus, tam praesentibus quam futuris, in perpetuum.

CUM omnibus Ecclesiasticis personis devotiores, ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio, existamus; illis tamen nos convenit propensioris charitatis studio imminere, quas in vera Religionis cultu omnipotentis Domini militare cognoscimus, & in Ecclesiis, quae beati Petri juris sunt, assidue commorantur. Ideoque, dilecta in Domino filia Richeldis Abbatisa, tuis rationabilibus postulationibus benignitate debita praesentes assensum, beate Juliae Virginis ac Martyris Monasterium, cujus utique cura tibi, largiente Domino, commissa est, quod videlicet infra Civitatem Brixianam a nobilis memoriae Ansa Regina constat esse constructum, Apostolicae Sedis privilegio communimus, & sub beati Petri & nostra protectione suscipimus; Statuentes, ut quaecumque praedia, quaecumque possessiones, quaecumque bona ex munificentia praefatae Reginae, seu etiam ex largitione illustri memoriae Imperatorum, qui post eam Regni gubernacula susceperunt, vel ab aliis fidelibus collata, idem Monasterium impresentiarum iuste & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, liberalitate Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, praestante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque Sororibus, & his, quae vobis in eadem Religione successerint, & illibata permanent; In quibus haec propriis duximus exprimens vocabulis: Sermonem scilicet cum duabus Ecclesiis, Domini videlicet nostri Salvatoris & sancti Viti Martyris, Cervanicam cum Ecclesia sanctae Juliae Martyris, Nubulariam cum Ecclesia sancti Laurentii, Berciacum cum duabus Ecclesiis sancti Zenonis & sancti Stephani, Magonem Vicum cum Ecclesia sancti Alexandri, Thimolinam cum Ecclesia sanctae Juliae, Barbadam cum Ecclesia sanctae Ma-

riae, Alfanum cum Ecclesia sanctae Juliae, Montecellum cum Ecclesia sanctae Mariae, Vovum cum Ecclesia sancti Petri & sancti Laurentii, Calvatone cum Ecclesiis sanctae Mariae & sanctae Juliae, Genodolariam cum Ecclesia sancti Michaelis, Ciconiarum cum Ecclesia sanctae Mariae, Botenagum cum Ecclesia sancti Martini Confessoris, Milliarum cum Ecclesia sanctae Juliae, & Sermidam. Praeterea quaecumque alias curtes, villas, castella, Ecclesias, & omnia ad idem Monasterium pertinentia, vobis nihilominus confirmamus. Praesenti quoque decreto sancimus, ut praedictum Monasterium Apostolicae Sedis protectione, & Regia defensione muneratum, sub nullius unquam alterius potestate vel jurisdictionibus redigatur: adeo ut quicumque Sacerdotum, nisi ab ipsius Loci Abbatisa fuerit invitatus, nec Missarum solemnium ibi celebrare praesumat. Nulli ergo omnino hominum fas sit, praenominatum Coenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, Ancillarum Christi, pro quarum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Obeunte vero te, nunc eiusdem Loci Abbatisa, vel aliqua illarum, quae tibi in eodem regimine successerint, nulla ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia praeponeatur, nisi quam Sorores communi consensu, vel Sororum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendam. Porro sancti Petri in Solato Ecclesiam vobis similiter confirmamus, & cappellam sanctae Juliae de Pradellis. Sanè ipsius Loci Abbatisae licentiam indulgemus, Ecclesias ad honorem Dei construere, & libertatem ab Imperatoribus & Regibus Monasterio praefato concessam, tam in Mercatis constituendis quam in Castellis in terris ipsius Monasterii, ubicumque voluerit, pro utilitate ejusdem Monasterii edificandis, pariter roboramus. Nullus etiam Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu aliqua magna parvaque persona ullum districtum in aliquibus locis ipsius Monasterii tenere, vel iudicare, aut aliquod placitum, absque licentia Abbatisae habere praesumat, aut res ipsius spirituales, aut saeculares quovis modo alienare, vel molestiam eis inferre, aut Fodrum, vel Mansaticum, seu Ripaticum, aut Paratas, sive aliquas auleant Functiones exigere. Decimas novarum praeterea, & fructuum laborum vestrorum, quos propriis excolitis sumpibus, & districtum servorum & liberorum ad vestrum Coenobium pertinentium, vobis habenda firmamus. Christina vero, Oleum sanctum, consecrationes Altarium, sive Basilicarum, ordinationes Abbatisae, vel Monachorum seu Clericorum vestrorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, seu quicumque sacrum Ministerium pertinet, a quibuscumque malueritis catholicis suscipietis Episcopis; qui nimirum absque pravitate, & reprehensione aliqua ea vobis concedant, quemadmodum a praedecessoribus nostris felicis memoriae Paulo, Calixto, Innocentio, Romanis Pontificibus, vestro Monasterio pro fragilitate foeminae sexus constat esse concessum. Confirmamus etiam vobis Porrum Placentinum & Ripaticum ejus. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostrae constitutionis paginam sciens, contra eam temere

Ab Episcoporum jurisdictione eximimus, nec Missarum solemnium ibi absque Abbatisae consensu celebrari permittit.

Abbatissae electione ad Moniales tantummodo spectare decernit.

Eidem Abbatisae confirmat jus ecclesiarum & castellarum construendi, & mercatum in his indicendi.

A quocumque jurisdictione, iudicialiaria potestate, angaria, & onere Monasterium exemptum declarat.

Decimas bonorum coadonant, & facultatem iudicandi in propriis homines & colonos.

Sacra ministeria & ministeria a quocumque Episcopo recipiendi tribuit facultatem.

Solita concessa.

VC.

Venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat; Cunctis autem eidem Loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

Eugenii PP. & S. R. E. Card. sub- scriptiones.

- EGO EUGENIUS Catholicae Ecclesie Episc. s. Ego Ubaldu Presbyter Cardinalis titulis S. Præxedis s. Ego Ubaldu Presbyter Card. tit. SS. Joannis & Pauli s. Ego Aribertus Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasia s. Ego Julius Presbyter Cardinalis tit. sancti Marcelli s. Ego Bernardus Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis s. Ego Otto Diaconus Cad. tit. S. Georgii ad Velum aureum s. Ego Octavianus Diac. Card. tit. S. Nicolai in Carcere Tulliano s. Ego Joannes Paparo Diaconus Cardinalis tit. sancti Hadriani s. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis tit. sancti Angeli s. Ego Guido Diaconus Card. tit. S. Mariæ in Porticu s. Ego Jacintus Diaconus Card. sanctæ Mariæ in Cosmedin s. Datum Brixie, per manum Guidonis sanctæ Romanæ Ecclesie Diac. Card. & Cancell. VI. Idus Septembris, Indictione XI. Incarnationis Domini anno MCXLVIII. Pontificatus verò Domni Eugenii PP. III. anno IV.

Dat. die 8. Septemb. anno Dom. 1148. Pont. an. IV.

XXXI.

Decretum, ut imposterum Placentini Episcopi ab Archiepiscopo Ravennate consecrationem accipiant.

Ex Concil. T. XII. col. 1614.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Moyfi Ravennati Archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Abbas de Columba in Episcopo Placentini electionis confirmatio petitur.

Dilecti filii nostri Placentini Canonici, obeunte venerabili fratre nostro Arduino bonæ memoriæ Episcopo, dilectum alium nostrum Joannem Abbatem de Columba in patrem sibi & Episcopum elegerunt; & ut ipsa electio firmitatem auctoritatis nostræ munimine fortiretur, cum essemus Altisiodori, per nuncios suos humiliter postularunt. Nos vero Ravennati Ecclesie tamquam speciali filie nostræ suam justitiam conservare volentes, eorum petitiones tunc non duximus admittendas. Postmodum vero iidem filii nostri apud Treverim nostro se conspectui representantes, idipsum a nobis instantius petierunt, afferentes possessiones Episcopatus, & bona, nisi firmaretur electio, devastari nimium & consumi; & nullam esse perso-

nam, quæ tibi super hoc, & Ravennati Ecclesie responderet, cum multas rationes dicerent se habere, pro quibus Placentini electi a Ravennate Archiepiscopo consecrationem accipere non debebant. Nos itaque necessitatibus Placentinæ Ecclesie paternæ charitatis debito prospicere cupientes, electionem ipsam in omnibus, salvo jure Ravennatis Ecclesie, confirmavimus; & ipsi Placentinæ Ecclesie per apostolica scripta mandavimus, ut proximè præterita sancti Lucae festivitatem nostram se conspectui præsentaret, tibi respondere, & quæ iustitia diceret, exequi præparati. Cum autem apud Papiam pervenimus, præsentibus, dilecto filio nostro electo, & Clericis Placentinis, tu Frater Archiepiscopo humiliter postulasti, ut instrumenta & rationes Ravennatis Ecclesie attentius audiremus, & ipsis canonicum finem imponeremus. Nos verò usque ad terminum utriusque parti præfixum audire distulimus, & tam tibi quam alteri parti dedimus in mandatis, ut memorato termino, omni oppositione seposita, ad nostram præsentiam veniretis. Cum igitur præfixo termino idem electus per se aut per responsales, qui sufficienter rationem ostenderent, ad nostram venire præsentiam contempisset, privilegiis Prædecessorum nostrorum felicitis memoriæ Gelasii, Callisti, Honorii, & Innocentii, Romanorum Pontificum, & scriptis eorum & nostris diligenter inspectis, in quibus continebantur præcepta, ut memoratus frater noster bonæ memoriæ Arduinus Ravennati Archiepiscopo tamquam Metropolitano suo humiliter obediret, communicato Fratrum nostrorum consilio judicavimus, ut Placentinum electum, & illi, qui ei succedent, a te, frater Archiepiscopo, & a successoribus tuis, tamquam a suis Metropolitanis, consecrationem sine contradictione suscipiant; & eis de cætero subjectionem obedientiam & reverentiam tamquam proprio Metropolitano absque molestia difficultatis exhibeant; salvâ in omnibus Apostolicæ Sedis auctoritate. Si quis autem, hujus nostræ definitionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, &c.

Electioem prædictam firmat: salvo jure Ravennatis Ecclesie.

Placentinum electum a Ravennate Archiep. consecrari debere decernit.

Clausula conclusiva.

Eugenii PP. subscriptio.

Datum die 10. Novemb. an. Dni 1148. Pontif. IV.

Pri-

XXXII.

Privilegium confirmationis bonorum omnium Monasterii Altahensis, seu Aliba inferioris Salisburgen. Diocesis.

Ex Pandii Metrop. Salisburg. T. II. Exordium.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis, Conrado Abbati Monasterii sancti Mauricii Altahensis, ejusque fratribus, tam presentibus, quam futuris, Monasticam vitam professis, in perpetuum.

Monasterio bona omnia confirmat.

Quotiens illud a nobis petitur, quod rationi & honestati convenire dignoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideria congruum impertiri suffragium. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus elementer annuimus, & præfatum Monasterium, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri & nostræ protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocinio communimus; Statuentes, ut qualescumque possessores, quæcumque bona impræsentiarum justè & canonicè possidetis, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poteritis adipisci, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant; In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis: Ecclesias videlicet de Zaja, de Abbatisdorf, de Grie, de Chunezen, de Cassen, de Mynchen-dorf, de Iserhoven, de Puchoven, Wialtorf, de Erlbac, de Sinichingen, de Munerte, de Ingoltestat, de Otelingen, de Wilbac, de Peringen, de Usterlingen, de Peirbach, de Metmenhufen, de Ibach, de Suarza, de Pfolingen, de Pal-kingen, de Suarza, de Rorbach, de Urbac, de Lotting, de Tundorf, de Aicha, de Winchilgen, de Regen, de monte S. Godhardi, de Naselbach, de Heidofingen, de Cella, montem sanctæ Mariæ de Scoulingen, Runichenæ, Tagmanpach, Winchingen, Hohenoe, Aespach cum vineis & portu, vineas de Spizze, Scongerinen, Otensham, Gerlochesperch, Willensingen, Mannendorf, Hofdorf, Rauvenstetten, Raunhingen, Caselbalchesteinden, Kadingen, Adelsoldingen, Aisingen, Jallingen, Teuvelsperch, quidquid juris habetis in Halla. Præterea quæcumque bona tam in decimis quam in familiis justè & canonicè possidetis, vobis nihilominus confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salvâ Sedis Apostolicæ auctoritate, & Diocesanorum Episcoporum canonicâ reverentiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat;

Decretis immunitatis.

Clausula.

Cunctis autem eidem Loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

- EGO EUGENIUS Catholicae Ecclesie Episcopus s. Ego Otto Diac. Card. S. Georgii ad Velum aureum s. Ego Octavianus Diac. Card. S. Nicolai in Carcere Tulliano s. Ego Gregorius Diaconus Cardinalis sancti Angeli s. Ego Jacintus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Cosmedin s. Datum Remis per manum Guidonis Sanctæ Romanæ Ecclesie Card. & Cancellarii. III. Kal. Aprilis, Indict. XII. Incarn. Domini anno MCXLIX. Pontificatus verò Domni Eugenii PP. III. anno V.

Dat. die 30 Martii anno Dom. 1149. Pont. an. V.

XXXIII.

Omnia bona & jura Lunensis Ecclesie sub sua & B. Petri protectione suscipit Eugenius PP. III.

Eugenius Episcopus, Servus Servorum Dei, venerabili fratri Gotifredo Lunensi Episcopo, ejusque successoribus canonicè instituendis, in perpetuum.

Ex MS Cod. Fennoi ed. di Ughel. Ital. Sac. To. I. not. de Lunensium Episcopis.

In eminenti Sedis Apostolicæ specula, disponente Domino, constituti, ex injuncto nobis Apostolatus officio fratres nostros Episcopos debemus diligere, & Ecclesiis sibi a Deo commissis suam justitiam conservare. Eapropter, venerabili frater noster in Christo Gotifredo Episcopo, tuis justis postulationibus debita benignitate gratum impertientes assensum, B. Dei Genetricis semperque Virginis Mariæ Ecclesiam de Luna, cui Deo auctore præesse dignosceris, sub B. Petri nostræque protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus; Statuentes, ut quæcumque possessiones, quæcumque bona, eadem Ecclesia impræsentiarum justè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant; In quibus hæc propriis nominibus duximus exprimenda: Plebem S. Stephani de Unfilia, cum cappella de Vallechia, & aliis cappellis suis, plebem S. Viti de castello Agnulfii, plebem de Massa, plebem de S. Vitale, plebem S. Laurentii de monte Libero, plebem de Carraria, plebem S. Mariæ de Sarzana, plebem S. Andreae de Sarzana, plebem S. Stephani de Cerreto, plebem de S. Venerio, plebem de S. Vectiano, plebem de Marnasco, plebem S. Petri de portu Veneris, plebem de Ceula, plebem de Rubiano, plebem de Cornia, plebem de Pignone, plebem S. Andreae de Castello, plebem de Bolzano, plebem S. Petri de Castello, plebem S. Laurentii, plebem de Oflano, plebem S. Cipriani de Capite pontis, plebem de Viano, plebem de Soleria, plebem S. Pauli, Cappellaniam S. Mariæ de Pugnano, Ecclesiam S. Margaritæ de Castro

Exordium.

Confirmatio bonorum & jura Ecclesie hujus.